



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

175. Vtrum Calix, qui aureum amisit, & iterum postea deauratur quoad
illam superficiem, quæ tangit Sanguinem Christi, debeat de nouo
consecrari, & idem quæritur de Patena? Et deducitur, quod Ecclesia ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76405](https://nbn-resolving.de/urn/resolver.pl?urn=urn:nbn:de:hbz:466:1-76405)

Atque de SS. Euch. Sacr. Ref. CLXXIV. &c. 101

2. Sed ego contrariam sententiam probabilem eriam esse existimo: nam in prima celebratione à Sacerdote bona fide facta, iam consecrata remanserunt. Vnde postea non indigent alia noua consecratione, vel benedictione. Et ita Castrus lib. 2. de leg. disp. penit. cap. vlt. assertur, Ecclesiam pollutam non egere noua reconciliatione, si in ea bona fide ab aliis quo Sacerdote celebratum est. Quam sententiam do- & i. 40. & hic cuit etiam post illum Aulil de cens. part. 5. disp. 7. in Ref. 19. dub. 3. concl. 1. & Emmanuel Sà verb. Ecclesia, licer feo, cuius in s. & in Ref. 177. s. vel. ad med. & in aliis Ref. eorum notacionis.

RESOL. CLXXIV.

An si in Calice, & Patena non consecratis quis celebret bona fide, remaneant consecrata?
Ex quo infertur, quod Ecclesia polluta non egere reconciliationem, si quis in ea bona fide celebratur. Ex p. 5. II. 13. & Mfc. 1. Ref. 60.

Sophoc ma-
gis lat. in
tom. 9. 11.
in Ref. 19.
& i. 40. & hic
cuit etiam post illum Aulil de cens. part. 5. disp. 7.
in Ref. 177. s.
vel. ad med.
& in aliis
Ref. eorum
notacionis.

bona fide cum ipsis Missam ante celebravit? Respondeo quod sic, quia per talen Missam bona fide celebratam benedicta remanserunt. Ita ille. Et reuera, qui alia consecratione non dicendum est indigere Calicem, & Patenam, per contactum sanguinis, & corporis Christi sanctificata,

RESOL. CLXXV.

Virum Calix, qui vsum aureum amisi, & iterum posita deauratur quad illam superficiem, qua tangit Sanginem Christi, debeat de novo consecrari, & idem queritur de Patena?

Et deducitur, quod Ecclesia retinet suam consecrationem, quando paulatim reficitur, in qua pars noua consecrata hoc ipso, quo consecrata additur. Etiamque cursim infertur, quod Ecclesia amittit suam consecrationem, quando pricipua pars parietum simul corruit? Ex p. 2. II. 15. & Mfc. 1. Ref. 3.

§. 1. **A**ffirmatiu[m] sententiam ego docui in p. 1. Ref. antec. tract. de celebrat. Missar. ref. 69. Sed nouis simi contra me surgit amicissimus P. Lugo in 3. part. II. Ref. 177. tom. 2. de sacram. Eucharist. disp. 20. sect. 4. n. 9. 1. Ve- gloria, & po peccatum aduersus illum nominatum in mei defensionem primis illi collectus. Franciscus de Nigro in addit. ad Ruiz. Ref. part. 6. animadu[er]sus. n. 4. vbi sic ait: Vtrum Calix, & Patena nondum consecrata ex eo tantum consecrata remaneant, si cum eis bona fide ante consecrationem celebretur? Negat Lugo, affirmit Diana, & licet ipse nullum. Authorem pro sua sententia adducat, tamen illam docet P. Trimarchi, & probabilem putat P. de Peyrinis, quibus adhaereo. Posset probari primò hæc sententia, quia Ecclesia polluta non egere alia reconciliationem, si quis in ea bona fide celebratur. Igitur Calix etiam non egebit consecratione, vel benedictione, postquam in illo celebratum est. Antecedens non coniurat doctrinam falsam, vt contra Dianam ait Lugo, sed continet doctrinam veram, & grauium, ac classicum Theologorum; Castri lib. 2. de leg. pñ. cap. vlt. Emanuel Sà verb. Ecclesia, n. 19. Aulil de cens. part. 5. disp. 7. dub. 3. concl. 1. Henriquez lib. 9. de Missar. cap. 27. n. 6. & aliorum. Et patet, quia sacrificij dignitas habet, vt sanctificet locum sine alia reconciliatione. Consequenter vero probatur, quia sicut Ecclesia sanctificatur per sacrificium, ita & Calix. Et P. Trimarchi, qui Diānam defendit, dicit contra Lugum, quod paritates Doctorum non debent currere quatuor pedibus, sed duobus tantum modo humano. Secundò probatur, quia per contractum sanguinis Christi sanctificatur Calix. Ergo non indiget alia consecratione, vel benedictione: nam querit P. Trimarchi à Lugo, cur requiritur consecratio in Calice: respondebit Lugo, quia Calix non consecratus est materia prophana, & per consecrationem non est amplius prophana, sed sacra. Sic argumentatur, sed per contractum sanguinis Christi Calix iam non est amplius materia prophana, sed sacra, quod nemo negabit: ergo & Galix non consecratus non egere consecratione, si in ea bona fide celebretur. Huc vñque Nigro pro me contra Lugum, unde canendum est mihi illud Ouidiarum.

Sæpe premente Deo, fert Deus alter opem.

2. Notandum est etiam nostram sententiam præter Doctoris citatos, docere nouissime etiam Cœlestinum in compen. Theol. moral. tract. 8. cap. 5. ques. 9. vbi sic ait: Vtrum Sacerdos possit celebrare in Parca, & Calice nondum consecrato, si alius Sacerdos

Sup. hoc in
Ref. not. sec.

2. Sed aduersus hanc rationem consurgit Suarez in 3. p. tom. 3. disp. 8. 1. sect. 7. & Pitigianus vbi supra, & alii, dicendo hoc verum esse, quando pars que additur, est minùs principialis. Sed in casu nostro, licet pars argentea Calicis videatur principalior quod per deaurationem additur, principialis est; quia tangit & continet immediate sanguinem Christi. Ergo Hæc Pitigianus, & alii.

4. Sed coistra, nám ex hoc sequeretur, primò Calicem recenter deauratum posse dici alium à præcedenti. Secundò cum in ratione Calicis, & vñsu quem habet ad sacrificium, destrui, si interius autum omnino deteratur, que tamen communiter negantur. Vtraque autem sequela probatur, quia res absoluē dicitur destrui, ac fieri noua, quando secundum suam pricipuam partem simul destruitur, aut renouatur. Et patet in Ecclesia, que amittit suam consecrationem, quando pricipua pars parietum simul corruit. Et ob has rationes ait Aegidius, viri quidam doctissimi putant hanc sententiam esse probabiliorem

Sup. hoc in
Ref. not. sec.

Sup. hoc in
tom. 9. II. 7.
lege docti-
nam per tot.

Ref. 130. & liorem: at ego addo, quod probabilem illam etiam signanter in vocavit ex aduersarii Gabriel Vasq. nam in 3. p. q. 8. art. 2. diff. 2. 3. c. 3. n. 3. 2. contraria sententiam, quam ipse tener, vocat tantum probabilem. Ergo secundum Vasquez, sententia Aegidij est probabilis. Ad argumentum Pitigiani in principio positum, responderetur, quod illa noua deauratio censetur consecrata, hoc ipso quo consecrata additur.

RESOL. CLXXVI.

An qui celebra in Calice non consecrato, vel ligneo, prater peccatum mortale, incurrit aliquam penam?
Et an Calix, qui modicissimum foramen habeat in fundo cuppe, quod tamen promiserat artifex ita artificiose concinnare, ut vix præteritus defectus apparere posset, idque sine villa Calicis immutatio, an inquam, in tali casu consecrationem amiserit? Ex p. 11. tr. 8. & Misc. 8. Ref. 3.

Sup. doctrina contenta in primis lex lin. huius Ref. legi Resol. post præteritam, & alias eius prime not. quanquam non dicant plenè sup. hoc.

§. 1. **A**d hoc dubium negatiuè respondet doctus P. Tamburinus opus. de sacrificio Missæ, lib. 1. cap. 1. §. 3. num. 1. cum seq. vbi probat, peccatum mortale committi à celebrante in Calice, vel patena non consecratis, qui fit contra præceptum in re gravi, certum est. Quare hic solum querimus, an in iure incurriculariqua pena. Bonacina, si habet: Contra eum, qui vitur Calice ligneo, aut Calice non consecrato constituta est pena depositionis ab officio, & beneficio, cap. vii. de celebrat. Missar. Hæc Bonacina: quod forsan sumpfit à Suario, qui sic ait: Et id est in cap. ultimo de celebratione Missarum, deponitur Sacerdos, qui sine sacro Calice consecrauerit.

2. Sed amabo te, adeamus prædictum caput ultimum, & videamus quid Episcopo Prixiensi scribat in illo Honorus Tertius: Litt. tuas (inquit) recepimus, continentis quod cum super excessibus Presbyteri Ecclesiæ Sanctæ Brigidae inquireres, confessus est, quod cum quadam die hostiam, & calicem non haberet, in pane fermentato, & scypho ligneo Missarum solemnia celebrare præsumpsit. Et infra. Intellecto iterum, quod prædicta Ecclesia per malitiam dicti Presbyteri multipliciter ladebatur, inquisitionis officium iterans, ex eius confessione inuenisti, quod idem sine igne sacrificabat, & aqua. Cum igitur vel ex aperta malitia, vel nimis desipientia peccasse probetur, mandamus, quatenus officio, & beneficio perpetuo ipsum prius. Hæc Honorus.

3. Vbi vides primò, hanc non esse penam universalem, sed illi peculiari Presbytero inflatam. Secundò, cito eiusmodi penam velis extendere ad omnes; certè ad omnes similiter delinquentes. At si bene notas, vt notauit ibidem Glossa, Sacerdos ille quatuor peccata commisit. Primo celebravit in pane fermentato, quod non licet in Ecclesia Occidentali. Secundo in scypho ligneo. Tertiò sine igne, hoc est, sine candelis accensis. Quartò sine aqua, vino consecrando commisenda erat; & contra hos omnes excessus, illa pena priuationis officio, & beneficij fulminatur à Pontifice. Quomodo ergo ad celebrantem in Calice non consecrato tantum, extenderet velis? Tertiò, licet qui in scypho ligneo celebrauit, supponatur in vase non consecrato celebrasse, & licet item supponamus, in hoc Sacerdotem illum duntaxat, & non in aliis delinquisse, certè, quis non vider minus esse in Calice aureo, vel argenteo non consecrato celebrare, de quo casu nos loquimur; quām celebrare in ligneo scypho non consecrato? Cum igitur paria peccata non sint, cur pari pena puniantur? Hacvsque Tamburinus.

4. Sed ego non audeo discedere ab affirmacione Doctorum, quam nouissime tener Dicatus de Sacrament. tom. 1. tract. 5. diff. 4. dub. 9. n. 71. vbi sic ait: Contra eum autem, qui vitur Calice ligneo, aut non consecrato, constituta est pena depositionis ab officio, & beneficio, cap. viii. de celeb. Missæ, in quo Episcopus non potest dispensare, cum sit inferior Papa. Ita ille, cui adde Franciscum Lugo de Sac. lib. 5. cap. 8. q. 2. n. 6.

5. Sed hic incidenter quāram, quid dicendum de quodam Calice, qui modicissimum foramen habebat in fundo cuppe, quod tam propter auferre ita artificiose concinnare, ut vix præteritus defectus apparere posset, idque sine villa Calicis immutatio, an inquam in tali casu consecrationem amiserit? Et affirmatiuè respondeo cum Tamburino vbi seq. §. 5. n. 1. quia propter illud foramen, unde fæculæ species exudabant, aptum nequam remanebat ad sacrificium. Sed tu cogita quid dicendum si foramen factū fuisset in medio, vel principio calicis, nam in tali casu videtur absoluē inceptum remansisse ad sacrificium. Ergo.

RESOL. CLXXVII.

An si Sacerdos dicat Missam in Altari non consecrato, remaneat Altare consecratum?
Et an posset Sacerdos celebrare in Calice, & Patena nondum consecratis, & cum vestibus non benedictis, si alius Sacerdos bona fide cum ipsis ante celebrauit?

Et quid etiam, si Sacerdos celebrasset mala fide?
Idem asseritur de Patena, de Corporali, de Pixili, de Castodia, seu Sphera immediate tangentium, seu species. Idem de Ecclesia violata, quod recentitur, nempe sacrificium Missæ ibi celebratum. Ex p. 9. tr. 7. & Misc. 2. Ref. 18.

§. 1. **A**ffirmatiuè ex Pasqual. responder Bodon, tom. 2. ref. 8. 3. n. 19. tum ex D. Chrysostom. mil. 20. in 2. ad Corinth. ibi: *Lapis quidem naturæ est sanctum autem fit, quoniam Corpus accipit Christi. Sed tunc lapis, seu altare dicitur accipere Corpus Christi, quando in eo celebratur: ergo celebrazione confatur: tum quia consecrat altare, ut receptione virtutis spiritualis reddatur aptum ad diuinum cultum: sed magis redditur aptum per contactum Corporis Christi, quām per verba formulae consecratis: ergo celebrazione consecratur; non enim nimis operatur factum, in dñ plusquam verbum, i. tantum, ff. remratam hab.*

2. Nota ex dictis Bordonum, vbi sup. n. 5. adiecit Dominum meum de Lugo, docere, me citato, quod si aliquis diceret Missam in Calice non consecrato Calix consecratus maneret: quod etiam præter Doctores à me alibi in mei fauorem adductos, tenet hanc sententiam ex Soc. Iesu, P. Antde Escobar in Thes. moral. tr. 1. exam. 1. præc. 1. Eccles. 4. n. 95. vbi hec sententia additur. Addo posse Sacerdotem celebrare in Calice, & Patena nondum consecratis, & cum vestibus nondum benedictis, si alius Sacerdos bona fide cum ipsa scypho tea celebrauit, quia in prima celebrazione iam fuerunt consecrata. Ita ille. At Bordonus vbi sup. invenit hanc sententiā, etiam si Sacerdos celebrauerit mala fide, ne de quod etiam docet Eman. S. verb. Eccles. n. 19. quod bona, aut mala fides Calicem non consecrat aut excommunicat, sed Sanguis, & Corpus Iesu Christi in ipso, & Pretexta ministrat: & sicut Sacerdos ad huiusmodi vice, tualtem consecrationem nihil conferit, cum tota persona de confectione Sacramenti, ita neque illius beatat à confectione Sacramenti, ita neque illius bo-